



Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Rochvs Conf. 16. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

398 VITA SANCTORVM. 16. Aug.

morituro. Nam primò videre Apostolorum Principem habuit, qui noxarn veniam largissimam nunciabat: mox cælestium agminum Primipilum, qui commeatum in cælum promittebat; demum ipsam cœli Reginam, quæ festo sibi, quo cœlo recepta fuit, diē, recipiendum cœlo etiam ipsum indicavit. Tanti, ô Superi! tanti ægrotate etiam mihi foret! Ex Surio.

Pretiosa mors Sanctorum, pretiosa planè, tanquam finis laborum, tanquam victorie consummatio, tanquam vita janua & perfectæ securitatis ingressus. Bern. in epist.

S. ROCHVS CONF. 16. Augusti.

Nascitur Rochus loco perillustri in Gallia, portentosâ Cruce à matre rubens: etatis anno duodecimo, amissis parentibus, etiam opes in pauperes abjicit; ipse ditione suâ patruo commissâ, Italiam Religionis caussâ petit. Hic dum laborantibus peste servitium suum addicit, magis omnium admiratione quam plurimos sanitati Crucis signo restituit. Secundum hæc divinitus edocet, quibus malis porrò exercendus esset, acutâ primum febri tentatur, mox sagittâ coxam trajicitur. Sarx boni Angeli ope, dum in patriam repedat, iterum æger ex itinere sub arbore decumbit, annonam in dies singulos panem unum canec subministrante. Redux denique in suam ditionem, eandem domi, quam foris fortunam, hoc est iniquam reperit. Grassantibus enim per ea tempora ubique bellis, pro exploratore habitus captusque ab ipso patruo hospitio publicitus, hoc est, carcere excipitur. Hoc cum mille, modis absolvere se ipsius posset, quinque ippos tamen annos delin-

17. At
scit. T
set, sim
bus p
fionem
rum du
mino c
Qu
tur a f
queatu
tuum,
predest
sodi in

Q V
quippe
num i
visus et
mulde
davit A
ret qui
contra
num p
Genius
ribus A
sus pue
meravi
ambire
& stim
aures P
Marte
primum
taculo

scit. Taudem cùm nomen tabulae suum inscriptis-
set, simul amplam sponsionein, quâ cælum omni-
bus peste correptis medicinam Rochi interces-
sionem fore edixerat; peste ipse Medicus pestifero-
rum decedit. Sed tanti fuit, ut liber animus è ge-
nino carcere evolaret. Ex Lippeloo:

*Quomodo tenebas acculum, ne tibi extorquea-
tur a fure, sic custodi innocentiam, ne tibi extor-
queatur à diabolo; sit illa certum patrimonium
tuum, de qua sunt divites & pauperes. Quid tibi
prodest lucrum auri, & damnū innocentia? ergo cu-
stodi innocentiam. S. Aug. serm. 3. sup. pl. 36.*

S. MAMMAS M. 17. Augusti.

Qui puerum MAMMANTEM Martyrem mira-
ris, noveris lac Martyris bibisse. In carcere
quippe natus primas cunas vincula habuit, pri-
mum ridere inter utrumque parentem mortuum
visus est, cùm pater ante ejus ortum, mater non
muled pòst obiissent. Talem matronæ commen-
davit Angelus educandum. Mox cùm annum age-
ret quintum-decimum, virum jam se tyranno &
contra verbera Spartaaum, contra ignes Roma-
num præbuit. Undis deinde suffocando iterum
Genius Tutelaris adfuit, actisque in fugam torto-
ribus Martyrem in montem duxit. Hic genero-
sus puer tot jam penè nutrices, quot silva feras nu-
meravit; cùm hæ ultrò Divi mulgentis manuam
ambirent, iisdemque de liciis & famem nobilem
& sum pellerent. Arque hujus miraculifama cùm
aures Presidis pulasset, equites misit, qui MAM-
MANTEM sisterent. Excepit MAMMAS ignoros,
primumque lacte & caseo, tum i se ferarum spe-
culo recreatos in urbem est locutus. Iterum er-